



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 4. Aliud dissidium inter Episcopum Andegavensem, & cujusdam Collegii  
Sodales.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII. A. C. 1602. ætæ nomine decem aureorum millia per  
dere vellet. Nec his contenti Senato-  
 res, insuper Cardinalem, cum Senatum  
 adiret, non admissum & per integram  
 horam ad portam sedere jussum acriter  
 increpant: Hanc injuriam non sibi so-  
 lum, sed Deo ac Ecclesiæ illatam ratus  
 Præsul ad Regem questum venit, qui ne  
 suam conscientiam lædere, nec aucto-  
 ritati suæ quicquam detrahere volens  
 edito diplomate inhibuit, ne ulterius  
 ab utraque parte hoc in negotio proce-  
 deretur, eoquod hanc illius cognitio-  
 nem sibi reservasset.

## §. IV.

*Aliud dissidium inter Episcopum An-  
 degavensem & cujusdam Col-  
 legii Sodales.*

*Thuan.*  
*l. 129.*

*Abregé hist.*  
*tom. 3. pag.*  
*394. & 409.*

Nec minori animorum contentione  
 causa inter Andegavensem Epi-  
 scopum & S. Trinitatis Collegii Sodales  
 hoc anno agitabatur, occasione inde  
 sumpta, quod Episcopus inconsultis sate  
 Diæcesis Ordinibus ac Metropolita suo  
 Turonensi Archiepiscopo, abrogatis ve-  
 teribus hucusque in hoc Collegio usita-  
 tis, novum Breviarii, Missalis, Psalterii  
 ac reliquorum Divini Officii librorum  
 usum juxta Tridentini præscriptum e-  
 dito decreto introduxisset, ac refracta-  
 rium

rium Michaelem Serfannum alia tamen Sæc. XVII.  
 ex caussa Parisiis comprehendi, & car- A. C. 1602.  
 ceri includi jussisset. Igitur hi Sodales  
 nulla mora adversus Episcopi decretum  
 ad Senatores appellant, qui injuriam,  
 qua nuper ob assumptum FF. Recol- Vid. Supr.  
 lectorum patrocinium se ab hoc Præsule Lib.  
 affectos existimabant, vindicandi occa- CLXXXV.  
 sionem gratanter acceptant, remque S. 23.  
 ad Cognitorem Regium deferunt. Pau-  
 lopost Ludovicus Servinus pro Soda-  
 lium caussa in Senatu perorans compro-  
 batum reddebat, quod, nisi Regis per-  
 missu & consulto Metropolitano totius-  
 que Diæcesis Clero, nihil in usu receptum  
 innovari possit, præcipue cum ibi Ve-  
 teris Officii Divini usus per ducentos  
 & amplius annos invaluerit, Pii V.  
 Constitutione confirmatus: Plura ad-  
 huc satis contumeliose contra honorem  
 Sacræ Sedis, atque authoritatem, ejus-  
 que jurisdictionem tam effræni licentia  
 congesserat, ut anno Christi millesimo  
 sexcentesimo quarto major adhuc exin-  
 de tumultus fuerit exortus. Postmo-  
 dum Senatores Episcopo diem dicunt,  
 quo tamen non comparente Senatus  
 pronuntiabat, quod ipsius decretum sit  
 nullum, ac legitime ab eo appellatum,  
 simulque inhibebat, ne quid in Divini  
 Officii libris in sua Diæcesi absque Re-  
 gis auctoritate innovaret: idem quoque

Sæc. XVII. anno sequenti circa Rothomagensis officium fuit decretum, ubi duo notanda occurrunt, I. quod Breviarii Romani publicis typis edendi licentiam petendi usus primum sub Henrico III. instantibus Jesuitis incœperit, II. quod Carolus de Bassac Noviodunensis Præfatus anno 1610. Canonicis præceperit, ut relicto Diocesano Breviario ad Parisiensis Ecclesiæ normam Romanum adhererent, quod nullo reclamante in Sacello Vincenensi etiam factum est.

## §. V.

*Sabaudia Ducis expeditio in Genevam.*

*Mem. secret. p. 2. fol. 359. 375. Et 545. Mercur. Gall. fol. 465. Daniel hist. de France tom. 10.* Jam sæpius tam scriptis quam congressibus Emanuel Sabaudia Ducis suum in Genevam Hugonotaram urbem proferebatur, irritum tamen semper conatu quocirca hanc urbem quacunque ratione posset, in suam potestatem redigere statuit: Ejus igitur auspiciis & Caroli Albinii ductu sparsi per omnem eam Regionem milites die undecima Decembris noctu clam contrahuntur, moxque somno profundo confopitis civibus lectissimæ virtutis juvenes fossas urbis fidas superant, applicitisque coriaceis scalis murum, nemine vigillum strepitum sentiente, transiliunt, nec minimo